

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Defensio Justa Contra Admod. Reverendum Dn. Patrem August. Michel,  
Doctorem Theologiæ Et Juris Utr. Professorem Ingolstadiensem. In Materia  
Ardua Constitutionis Clement. XI. Loco Prodromi Ad Disput. Jubilæi**

Tubingæ: Typis Viduæ, Georg-Henrici[i] Reisi[i], MDCCXVII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862444691>

Druck    Freier  Zugang





a. Bz.  
48. 6. \$; II.

56

284

Fa-1092 (56.)



1. Nördelius Ruda.  
 2. Christianus Thucas Graibau.  
 3. Karsten de affectionibus, et ceteris.  
 4. Doderlein de usu et abusu rationis humanae in rebus divinis.  
 5. Guido de libato Iun. Gottheologo agnisi.  
 6. Jop. Matth. Martini Gluck von St. Joannis.  
 7. Jaegeri defensio iusta contra patrem Michel in mater: ard: coath: Clem: XI  
 8. Eiusdem plaudita de fersio contra Michel in materia eadem.  
 9. - plaudita de fersio contra Michel in materia eadem.  
 10. Baierus de aqua lybaldi Pontificis.  
 11. Clugie vindiciae Hutterianae.  
 12. Scylingius de Eusebiano doctrinae salutifica systemate.  
 13. Feuerlinus de formula confessus Luciferi pro conservanda puriori e. uangelii doctrina.  
 14. Idem de Lutherana communione sub una.  
 15. Janus de Theologia irregenti.  
 16. Janus de sacrificio missae Pontificis.  
 17. Val. Spon. sibi suis scriptis resuagibus, tomum und plenigigne Val. supitam.  
 18. Handturgius de brigonia, oder den fol. Rubri.  
 19. Suffocii disputatione, an palmariae quae dum argumentationes, quae pro inaequali huminum dum nascuntur, ad cognoscendum dispositioane formosissimis, proceptis logicis sunt conformes?  
 20. Boehmii selecta capita et historia Corol. V. Imp. ad dicitur. proposta.  
 21. Chadenius proponit, apostolos spiritu sancto repletos.  
 22. Meier de initio religionis Christi: in Silezia ante Nicollai I. tempora.  
 23. Lasse cogitata de allegoriarum in Sacris abusu.  
 24. Fides Christi ex morte non excitata vana.  
 25. Plouquet de unitate Dei.  
 26. Auct: Georg: Aug: Prosector et Senat: ad favra paschalis pie peragendo ciues exhortantur.  
 27. Vogelius de Marcello Ango et Epis.  
 28. Ioh. Hear. Manet de significatione vocis Δειβοδαι ποντικ.  
 29. De Marne examen, diff: que noua loco Ioh. XIV. 23. infestus explicatio.  
 30. Quistorpius de Christo legem et prophetas non soluente, sed amplete.  
 31. Maxelii Iure-consultus de angelis non nulla meditans.  
 32. Epchenbach quæstionis: estne Mattheos uetus adeo universalis? negativa.  
 33. Becker. Necesitatem Redemptoris Secundum rationis lumen sollem non perspicit, saltem eandem nemo hoc usque demonstravit.

34. Boehmii oratio de bonarum aet:  
in Saxonie statu et c.
35. Baurius de compositione religi:  
onum amicabili.
36. Carpzovius de non temere abro:  
gandis pericopis evangeliorum  
et epistolarum.
37. Via ad ministratian das scilicet  
ind göttlichen Abendmahl dasse  
Griechen usq; Joh. Chrysostomi au:  
ordnung.

**D E F E N S I O J U S T A**  
CONTRA  
**ADMOD. REVERENDUM DN. PATREM**  
**AUGUST. MICHEL,**  
DOCTOREM THEOLOGIÆ ET JU-  
RIS UTR. PROFESSOREM INGOLSTADIENSEM.

IN  
MATERIA ARDUA CONSTITUTIONIS  
**CLEMENT.XI.**  
LOCO PRODROMI AD DISPUT.  
**JUBILÆI,**

SUB  
PRÆSIDIO DOMINI CANCELLARII  
**JOH. WOLFGANG. JÄGERI,**  
SS. THEOL. DOCT. ET PROFESS.

PRIMARII FAMIGERATISSIMI, SERENISSIMI  
DUCIS WURTEMB. CONSILIARII ECCLES. TUBING.

PRÆPOSIT. ETC.

RESPONDENTE  
M. Joh. Ad. LEDERERO, GERADSTETT. SS. TH. STUD. IN ILL. STIP. TH.  
P U B L I C E V E N T I L A T A

TUBINGÆ, TYPIS VIDUÆ, GEORG HENRICI REISI, A. MDCCXVII.

23.

24.

25.

26.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.


17.

18.

19.

20.

21.





## PRO-OEMIUM.



Rodiit nuper in Lucem Libellus quidam, sub *Titulo Reflexiones in Examen Reflexum* ab Augustino Michel Canonico Ingolstadiensi Professore emerito Theologiae & Juris Utr.: qui prima fronte promisit serium Examen sententiae Quesnellianae; sed Autor ille tam infeliciter progressus est, ut reipsa ostenderit, quod nec Augustinum, nec Materiam à Prisca Ecclesia & Pontificibus tanquam certissimam veritatem defensam, satis intelligat. Nos, quamquam consilium non sit, scommata ejus examinare, ulcera enim sunt male fani animi; tamen eò collimabimus, ut satisfiat Edicto Cæfareo, hoc est, amico stilo rem tractabimus; ut simul exemplum exhibeamus, quomodo res fidei procul ab omni invidia & malevolentia tractari queant. Faxit DEUS T. O. M. ut alii quoque exemplum nostrum sequantur, atque unice in id respiciant, ut veritas, QUÆ CAUSA DEIEST sacra sonacta, sine ullo affectu ante oculos habeatur. A Ad

23.

24.

25.

26.

27.

28.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.



## Ad Præfationem Dn. P. & Prof. Michel.

### *Defensio Contra male Imputata Patris & Professo- ris Emeriti Augustini Michel.*

**Q**uanquam magna Defensione non opus sit, in Materia ardua de Bulla Pontificis Clementis XI., cum VERITAS IPSA, & melior ac doctior pars totius Galliæ pro nobis militet, & Constitutionem, sive Bullam Papalem hactenus ob errores quam plurimos in ea inventos non admiserit; nihilominus, quia dictus Pater Michel magno molimine contra nos insurgere ausus fuit, per rationes plane fculneas: ideo, ut Veritati suus constet honor & constantia; pauca, quasi præliminii loco dicturi sumus: Relicto libero judicio candido Lectori, quænam pars pro veritate & Gloria DEI stet, & militet, & quæ succumbat.

**P**rimo itaque sciendum, rem in primis à saepè citato Michelio tractari plane invidiose; contra nos enim I. excitat *Authoritatem* Clement. XI. quasi magnam Sanctissimo Patrii injuriam intulerimus. II. Provocat ad damnationem Quesnellii, ab Archi Episcopo Mechliniensi factam III. maxime Concilium Tridentinum pro se citat atque ad id provocat tanquam Turrim munitissimam, ex qua omnes obje-

objectiones facile discuti & enervari queant. IV. Putat Pater Michel, non posse ostendi, quod unum Exemplum detur Pontificum, qui ex cathedra aliquid in fide definiverint, in quo falsum aliquod & errorem comiserint.

Verum enim vero, ut ad hæc principalia puncta, quæ in Præfatione sua examinavit, statim respondeamus, non primus sum, qui aliquid scripsit aut sinistri meditatus est contra Clementem XI. Ipse prior nos aggressus est, nam quanta & quam atrox est injuria, quod nos Evangelicos ante Examens institutum Doctrinæ nostræ in Bulla, ut vocatur Cœnæ Domini, publice cum magna solennitate excommunicat, & hærefoes damnat, ut nos ipsi inspectores fuimus, cum Principibus Württembergiæ, tum, cum Romæ viseremus. Sane, si nos tam manifestam injuriam retorqueremus, & Papam non saltim hærefoes damnaremus, sed etiam pari tenore excommunicationis Bullam scriberemus, nulla eslet *injustitia*. Neque enim fas est, ut Principes Evangelici, quorum non exiguis est numerus, & qui in potentia pares sunt cum sede Papali, excommunicationis infamiam sustineant, & id quasi inultum finant, quod ex Rupe Tarpeja Pontifex Romanus instar alicujus fulminantis Jovistontrua projiciat. Quare etiam submissimè rogatam volumus Majestatem Sacrissimam Imperatoris nostri, ut effrenem illam licentiam excommunicandi in Pontifice nostro refrenet, & in ordinem redigat. Nam, ut in Pacificatione Monasteriensi expresse cautum est, ut æqualis inter Catholicos & Protestantes sit Potestas, neque alter in alterum insurgendi potestatem habeat, unde per se patet, Pontifici non esse facultatem valide nos excommunicandi, sicut & nobis illa facultas denegata est vi dictæ pacis.

A 2

Porro

23.

24.

25.

26.

27.

28.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

Porro omnes fideles subditi in Imperio Romano non nisi ægerrime ferre possunt, si injuria aliqua Augusto imperii Capiti inferatur. Quin summis viribus eo conniti debent, ut à Sacratissimo nostro Capite omnis injuria depellatur: hinc mirari non debet Clemens XI. si non solum Imperium summam illam audaciam damnet, quod excommunicationem non saltim Exercitui Imperatoris in Italia fortissime pugnantis intentarit, sed etiam contra ipsum Augustissimum nostrum Josephum fulmen ipsum strinxerit: quæ temeritas non tantum est contra omne Exemplum primitivæ Ecclesiæ, in qua Pontifices dependebant ab Imperatore, & constituebantur, sed etiam est contra omnem sensum Pietatis: Videat ergo qua ratione Pater Michel Pontificem Clementem vindicet à summa impietate & temeritate contra Augustum Imperatorem commissa, & quomodo Principibus & Regibus Protestantibus pro excommunicationis quotidianæ injuria satisfacere possit. Cessante hac inuria PUBLICA parati sumus Pontifici Romano honorem omnem non tantum polliceri, sed etiam omnibus viribus eo conniti, ut tota Ecclesia ad amicitiam redeat, & fiat unus Pastor & unum ovile.

Unde consequitur, quod frustra provocet P. Michel ad Archi Episcopi Mæchliniensis Humberti citationem Pat. Quesnelli, ejusque tanquam contumaciæ convicti non apparationem; frustra inquam provocat; Quis enim nescit, quod ejusmodi citationes periculosisimæ sint, si eis coecum obsequium præstetur: præstet prius P. Michel, ut secure Doctrinam suam edifferere posit P. Quesnell, tum accuset eum contumaciæ.

Verum tristis experientia satis ostendit, quam intutum

33

tum sit committere se Papali Discriptioni, quæ in Humberto quoque viva est & minax. Arnaldus ejus rei testis est, qui in carcere ob dictam nimis libere VERITATEM contabuit: Quin sumamus celebrem illum CAPUCINUM Vaterianum, qui post quam summo sudore multa in Gratiam & Favorem Ecclesiæ Romanæ scripsisset, tandem incidens in manus & violentiam Jesuitarum, loco compensationis in Carcerem fuit conjectus.

De Concilio Tridentino ob varias gravissimas rationes quam tenuiter sentiamus, jam olim ostendimus, quin imò Divum Augustinum in longe majori precio habemus contra Manichæos, Donatistas, & Pelagianos sribentem, quam mille alios Patres in dicto Concilio ex cæco affectu perorantes.

Sententiam D. Augustini de Gratia irrefessibili ipsi tanquam privatam relinquimus: sed quod exinde Calvinismi nos arguit P. Michel, in eo facit nobis injuriam, ut in multis aliis. Aliud enim longe est Gratia Irresistibilis durior Calvinianorum, cum quibus plane non facimus, aliud est Gratia inevitabilis, quæ Gratiam prævenientem antecedit. Hanc omnino agnoscimus, citra commercium cum Reformatis. Quanquam mirum admodum sit, quod P. Michel hanc adeo repudiet, cum Gratia prædeterminans Dominicanorum in reipsa nihil aliud sit, quam Gratia irrefessibili. Ac licet multis verborum coloribus querant Doctores Papales, quomodo Discriben aliquod assignt, tamen manet illud certum, quod in facto ipso Gratia prædeterminans inferat Gratiam IRRESISTIBILEM.

Quod denique Michel putat, Pontifices nunquam in fide errasse, in eo magnum & trabalem errorem committit. Testis Liberius, qui anno 352. in Cathedra Pon-

A 3. tifica-

23.

24.

25.

26.

27.

28.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

tificali sedit; de quo Historicus inquit; Constantio Imperatore Ariano dominante, metu ejus subactus, & ne papalis dominatus detrimenti quid pateretur, in gratiam Constantii Arianis adversus ~~quoscum~~ & Athanasium subscriptis, editam Sirmii confessionem adprobat, lapsuque suo in errorem plurimos inducit. Cui merito sic Hilarius occlamavit: *Hac est Perfidia Ariana! Anathema sibi à me dictum, Liberis, & Sociis tuis! Iterum tibi Anathema, & tertio prævaricator Liberis.* Arrianus ergo Liberius fuit.

Sic & de Johanne XXII. referunt, quod dum lis esset de Pontifice eligendo, & arbitrium uni Cardinali de Ossa Carducensi Gallo deferretur præter omnium expectationem consenso throno, *Ego sum Papa*, clamavit: Hic aperte docuit hæresin, & prædicavit animas defunctorum fidelium ad Beatam visionem DEI ante tempus resurrectionis non admitti, quem ejus errorem Sorbona, Gersone in sermone Paschali teste, damnavit, aliique etiam passim, in primis Thomas Wallis Anglus Dominicanus, quem Papa propterea in carcerem compegit, eum hæreos gravioriter incusarunt: quam in rem multa nuper Launojus Epist. lib. I. 5. & lib. III. Epist. ult.

Sic & de Alexandro VI. constat, quod non saltim hæresi simplici fuerit tinctus, sed & in Praxi hæreticorum pessimorum numerum absolverit, sic enim de eo scribit. *Guicciardinus: in eo non sinceritas, non verecundia, non veritas, non fides, non religio ulla aderat.* Imo isto Pontifice, Romam, gentium illud Asylum, *carnificinam factam esse* venalibus in ea cunctis Sacris, Paulus Langius Monachus in *Citizeni Chronico ex Valaterrano* commemorat. Mores ejus turpissimos, Avaritiam insatiabilem, ambitiōnem

nem sine modo, crudelitate in plusquam ferinam, spuri-  
os, quos plures habebat, per fas & nefas ad summa pro-  
vehendi cupidinem foedam, passim Scriptores me-  
morant. Ditiones temporales ad ipsum nullo jure perti-  
nentes, in utraque sc. India noviter delectus, Bulla inter  
Reges Hispaniæ & Lusitaniæ distribuit, haud equidem  
Exemplo Christi, qui legitimam hæreditatem partiri gra-  
vatus est, sed potius Satanæ, qui Christo se adoratu-  
mundi Regna ostentavit, & promisit, licet eorum  
vola vel vestigium ad eum jure nullo pertinuerit. Cum  
Lucretia filia notha, quam primum Ludovico Sforciæ,  
mox Aloisio Aragoni, Alphonsi Regis filio, & denique  
hoc imperfecto Alphonso Estensi, Ferrariæ Duci elocavit,  
furtivam incertamque consuetudinem & ipse & filius *Cæsar Borgias* habuisse creduntur. Certe Jacobus Sanñazari-  
us Poëta celebris & eximius, Lucretiæ huic Epithaphi-  
um ejusmodi cecinit:

Hic jacet in tumulo Lucretia nomine, sed re  
Thais, Alexandri filia, Sponsa, nurus.

Tam atrocia Scelera an non anifesto arguunt scele-  
ratissimum animum & conscientiam hæreticam, hoc est,  
non credentem, quod DEUS sit justus Vindex & Ultor  
talium scelerum, & quod committentes talia rei sint æ-  
ternæ damnationis, adeoque actualem excommunicatio-  
nem mereantur, relinquitur cuius vis fano judicio.

Sanè Paulus Apostolus Collega Petri *inceps nosum* excom-  
municavit. Quid non faceret in Alexandro VI monstro sce-  
lerum? ista non libenter: mallemus meliora dicere.

In fine Præfationis Reverend. Dn. Pater Michel ad-  
monitionem ad me facit, *cum habeam Mosen & Prophetas n*  
In

23.

24.

25.

26.

27.

28.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

Ecclesia Catholica, à quibus veritatem plenissime haurire queam,  
hos mihi accedendos, pervolvendos, animo à passionibus se-  
reno & in roca Spiritus Sancti assistentia, ubi veritas exoptata  
mihi sit expectanda haurienda, atque illuminatio optata queren-  
da, &c. Hic agnosco verum fontem; confiteor Spir-  
itus Sancti efficaciam per verbum DEI operantem & illu-  
minantem: Sed ignosce mihi quod post sedulum mei ex-  
amen tenebras in mente mea nullas invenerim. Quin convi-  
ctionem certissimam habeo; quod religio mea Evangelica  
conformis sit Mosis Prophetis & Evangelistis: imò publice  
hic sub juramento religionis proffiteor, quod, si disso-  
nantem à corde invenirem fidem meam, quod in quam  
sine ulla etiam in senio meo mora, tales fidem exuerem  
& damnarem atque ad vestras partes abirem. Promisi id  
olim, cum sub Innocentio XI. Pontifice Laudatissimo  
Romo viverem Rever. Patri Recanato, sed prætendi, quod  
convictionem falsitatis in fide habere velim. Ecclesiæ  
splendorem & decus item Innocentii XI. tum temporis re-  
gnantis cordati probatissimos mores hauid exiguum habere  
apud me pondus fateor: Verum cum puncta fidei tangant  
æternitatem, cuius non detur terminus, ideoque satius est  
& certius verbo DEI, ut ipse præclare suades, fidem o-  
mnem adhibere atque ibi præscriptam & definitam salutem  
quærere. Subinde mihi annos meos & crescentem ætatem  
in memoriam revocat; neque id ægre fero: quatuordecim  
jam lustra progressus sum: sat diu vixi. Sed quanti illud est in-  
comparatione ad æternitatem in occiduam! at vero illa  
ipsa Ratio facit, quod nullus splendor humanus, nulla di-  
gnitas temporalis me à fide in Deum dimovere queant. Sed  
opus est persuasione INTERNA, convictione divina. Sonat mi-  
hi subinde in auribus meis illud S. Augustini in *eternum ful-  
tis et pœna luenda est; si quem falsa opinio decepit.* CAP.

S U M M A R I A.

Quæstio I.

Quid aliud remanet animæ, quæ DEUM atque gratiam ipsius amisit, nisi peccatum & peccati consecutiones, superba paupertas & segnis indigentia, hoc est: generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?

1. Prima propositio vindicatur à Doctissimi P. Michelii vaniloquiis.
2. Detegitur ejus venenum.
3. Convincitur, quod egerit contra Augustinum, à tota Ecclesia approbatum, & maxime à Cœlestino Papa.
4. Concilium Tridentinum nullius roboris & autoritatis convincitur.
5. Probatur ex veritate Scripturae.
6. DEUS non amisit jus exigendi ab homine observantiam praecettorum Divinorum, etiam si impotentia nativa laboret.
7. Scripturæ stimulans hominem ad bona opera non supponit vires in eo vocatur, sed spondet ipsi adjutorium Gratia.
8. Vindicantur Textus Sacri contra Dn. P. Michel.
9. Vindicatur Concilium Aransicanum.
10. Gallia & in primis Doctores Parisienses in Sorbona nunquam steterunt pro Infallibilitate Pontificis.
11. Frustra objicitur Michael Bajus, cuius doctrina in multis saior est, quam Romana Ecclesia.
12. Hominem potuisse condi in stata naturæ pura, est figuratum Dominans in Scholis Jesuitarum.
13. In statu naturæ pura, posito quod detur, homo non potuisset operari bene naturaliter.

B

14. Lvi-

23.

24.

25.

26.

27.

28.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

14. Evidentissimum argumentum fallibilitatis Pontificis Romani,  
est Bulla Clementis XI. etiam testibus Gallis.

**Q**uam infeliciter P. Michel in refutatione nostri processerit, prima statim propositio manifestum præbet argumentum: nam ejus veritas tam luculenter, nec tantum radiis solis, sed ipsis manibus *Spiritus S. Scripta est*, ut mirum sit, Virum alias celebrem in tam manifesta luce cæcutiare potuisse: Nam quod in *hominis anima*, que *DEUM atque gloriam illius amisit*, nihil remaneat nisi peccatum & consecutiones peccati, &c. &c.

Hic Sciendum est, non tantum S. Patres & præmissis Augustinum, sed maxime Codicem Sacrum dictam Propositionem tanquam veritatem Divinam, cui fructa nebulæ offenduntur, dilucide nobis exhibere, nam dictum Joh. III. ubi dicitur, quicquid ex carne nascitur, caro est, manifesto probat, hominem ex natura sua & post peccatum laborare impotentia totali ad omne opus bonum; nec obstat, quod putat Michel, latitare sub hac assertione venenum, quod est, *sub quovis peccato mortali fieri resolutionem seu privationem omnium donorum & auxiliarum supernaturalium*, pertingentem etiam ad amissionem fidei & spei, USQUE AD ABSOLUTAM IMPOTENTIAM, SERVANDI PRÆCEPTA, AUT ELICIENDI ULLUM ACTUM SUPERNATURALEM. Hoc inquam non obstat, nam contra dicimus, Doctorem Michel non unum hic habere venenum. Ratio I. fuit venenata, & consistit in hoc, quod putet, peccatum mortale imprimis tam enorme, quale fuit peccatum primum, non excusisse totaliter omne, quod fuit in homine supernaturale, aut reliquise aliquam Potentiam ad Spiritualia, hoc enim est contra ipsam naturam peccati mortalis, illud ex natura sua infert mortem spiritualiter, ut proinde recte dixerit Paulus in Epist. ad Ephes. cap. II. Ad dictos Ephesios in statu regenerationis constitutos: VOS ERATIS MORTUI IN PECCATIS. Venenum itaque Pelagianum in dicta assertione Patris Michelii est, quia putat, hominem in statu irregenerationis non esse plane mortuum in peccatis, & pollere adhuc potentia quadam ad actus supernaturales sive ad bene operandum. Secundum venenum, quod imbibitum est in sententia Domini Patris Michelis, stat in eo,

eo, quod putat, hominem post lapsum habere adhuc potentiam servandi præcepta Divina; Hoc sane merum Virus Pelagianum est, ubi tota Scriptura Sacra reclamat: Adeo enim homo non est capax ad implendam Legem, ut Paulus, licet fuerit regeneratus, tamen in Epistol. ad Roman. cap. VII. per totum caput profundissimas querelas ducat, quam nihil sit in eo virium, ad aliquod bonum vere tale producendum, unde tandem quasi oppressus miseria Peccatorum exclamat: Miser Homo, quis me liberabit à corpore mortis hujus! Vocans conditionem suam nativana CORPUS MORTIS.

Denique Tertio Venenum est in hoc, quod putet Michel, hominem lapsum & in peccato mortali constitutum non debere deflere Filiationem DEI & beatitudinem deperditam. Sane primus noster Parens in Lapsu suo rectissimè cum Jeremia dicere debuit; *quis dabit capiti meo aquas, ad deplorandam amissam Filiationem, & beatitudinem aeternam.*

Auctoritas Concilii Tridentini, ad quam provocat Pater Michel, nobis plane nulla est; nam quanti navi & quanti errores sint commissi in Concilio Tridentino, ostenderunt nostri Theologi & dies ipsa docet. Ad hæc CONCILIUM ISTUD NON FUIT LIBERUM. Nec secundo partes litigantes fuere auditæ, & Legati à Protestantibus non fuere admissi. Tertio Episcopi Itali fuere multiplicati, ut videlicet vincerent numero suffragiorum. Quarto totum Concilium fuit sub cæca obedientia Pontificis Romani; Qui hac de re plenam quærerit informationem, legat Petrum Sarpium; Item Præfationem in Concilium Tridentinum Abbatis de Houffæ; Ut denique mala fides ad oculum pateat, sumatur tantum fundamentalis ille fidei articulus de Justificatione per fidem, ubi Cardinalis Seripandus duo Cantareni Fratres Cardin. & adhuc plures Episcopi stetere pro veritate illa Sancta, nec tamen fuere auditæ, numero opponentium prævalente.

Vid. Historia Consilii Tridentini Petri Suavis Card. Sforza Pabay vicini.

Digressio, an Deus serio contendat, & postulet ab homine lapso præstationem totius legis secundum omnem ejus rigorem?

Ad hanc digressionem manu nos quasi dicit Reverendus Pater Da-

B 2

Michel,

23

24

25

26

27

28

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

20.

21.

Michel, ille enim nobis in primis objicit, quod hoc perperam negemus, cum tamen sit aperta veritatis. Imo putat insigne venenum latitare sub nostra assertione. Itaque ut ostendamus, quod non sicut nullum venenum latet, sub nostra assertione, sed etiam quod venenum Pelagianum se prodat in sententia Dn. Canonici Michelis, ostendemus id evidentissime.

Primo autem remittimus Reverendum Dominum Patrem Michel ad Orationem Dominicam, quam, ut speramus, quotidie non semel & devote, ut ipsi optamus, ad DEUM orat: *Remitte nobis debita, sive peccata nostra, sicut & nos remittimus ea ipsa debitoribus nostris.* Unde validum contra Dictum Patrem & Canonicum necnitius argumentum. Nam si hominibus possibile est, ut adimpleant & observent Legem Divinam, tum sane non indigent hac petitione; ubi enim nulla est transgressio mandatorum DEI, in eo nulla est necessitas petendi remissionem Peccatorum. Et hoc argumento non semel sed saepius utitur Augustinus contra Pelagianos turgidos & inflatos, qui putant, dari posse hominem, qui exacte observet mandata DEI; nam inquit Augustinus, qui hanc Orationem: *dimitte nobis debita nostra, cuilibet, etiam homini Sancto & DEI voluntatem facienti, non dicit necessariam fuisse, quis gravius errat? & alibi contra duas Epistolas Pelagianas Lib. IV. cap. 10. nervose inquit: qui contendunt esse in hac vita, vel etiam fuisse justos, nullum habentes omnino peccatum, hac presumptione apertissime orationi Dominicæ contradicunt, ubi imprimis vana est exceptio Cardinalis Bellarmini, dicentis: intelligenda hic esse tantum peccata venialia, & quæ sint præter mandata DEI, non contra ea, nam, ut mox latius dicemus, vana est illa distinctio inter peccata venialia & mortalia; Nam ubicunque est opus petitione remissionis peccatorum, ibi necessario subintelligitur transgressio; Ubi vero intelligitur transgressio, ibi intelligitur quoque deprecatio propter offenditum DEI.*


Secundam Rationem desummat Reverend. Pater Michel ab Examine proprio cordis, ubi inveniet in meditullio ejus inhabitans peccatum. *I. Joh. I. v. 8.* Quare ita argumentamur: ubicunque inhabitat peccatum, ibi non potest locum habere perfecta observantia & adimplerio Legis. Atqui in omni homine etiam in renato habitat peccatum in corde, tanquam in

in proprio cubili. Unde sibi dictum putet Rev. P. Michel quod dixit Johannes, si dixerimus nos, peccatum non habere, mendacium committimus, quod per se quoque est peccatum, & veritas non est in nobis. Sic & Jacobus cap. III. vs. 2. Quamvis videatur Defensor esse sanctificationis & Justificationis per bona opera, tamen fatetur & dicit: in multis labimur omnes, & 1. Reg. cap. VIII. vs. 46. dicitur, non est homo justus, hoc est, expers peccati in Terris, & Salomon Prov. IX. vers. 20. id dicit: Quis potest dicere mundum est cor meum, & à peccati macula immune? Excipere hic cum Pontificiis Doctoribus: Sermonem in his locis tantum esse de peccatis venialibus, est decipere, nam id certissimum est, quod nullum detur peccatum veniale ex se & sua natura, sed omnia ante Oculos Divinos mortalia sint. Nec juvat dicere cum Bellarmino, diversas esse quaestiones, utrum praecpta Divina possint servari, & utrum homo possit vivere sine omni peccato, nam haec duas quaestiones in idem recidunt: Nec Divinus Augustinus respondens hoc Pelagianis, duas illas quaestiones REALITER distinctas esse statuit, ut consideranti locos illos contra Celestium Pelagianum patet.

Tertio remittimus Dominum Patr. Michellem iterum ad propria conscientiae suæ viscera, ibi inveniet perpetuam illam luctam inter carnem & spiritum, & quidem tam gravi duello, ut illud exprimat gemitus & suspitia. Unde manifestum est consequens, quamdiu in homine invenitur talis lucta, tam diu manet peccatum in nobis. vid. Locus Rom. VIII. ubi Paulus Apostolus nervose admodum describit illam Luctam & Duellum, & dicit vers. 19. non facio bonum, quod volo, sed malum ago, quod nolo. Idem vers. 23. video aliam legem in membris meis, captivantem me sub legem peccati; Unde tandem exclamat: *Quis me liberabit tandem à corpore mortis hujus?* Sane talia suspicia & talis exclamatio non habet aliquam impletionem Legis, sed infert hominem deprecatorem imbecillitatis suæ & peccaminosi status. Ubi nondum, Augustinum, cum prius fuisset in sententia contraria, dixisse: Postea melioribus & intelligentioribus cessi, vel potius, quod fatendum est, veritati, ut viderem in illis Apostoli vocibus gemitum esse Sanctorum, contra carnales concupiscentias dimicantium.

B 3.

Testi-



Legis impossibilitas probatur, Ex Act. XV. v. 10. ubi vocatur Jugum ἀβάσαντος. Quid tentatis DEUM imponentes Jugum cervici discipolorum, quod nec Patres nostri, nec nos portare potuimus? Nam si non ferri potest, quomodo posset à quoquam impleri? Frustra reponitur à Bellarmino agi de Lege Ceremoniali, non Morali. Quia 1. si hoc de Lege Ceremoniali dici potest, longè fortius dicendum est de morali. 2. Lex Ceremonialis per se non poterat dici jugum ἀβάσαντος, sed proprie hoc refertur ad Moralem, quæ à nemine unquam potuit impleri; & quæ sub execratione ponit eos, qui sub ea vivunt. 3. Quæstio, quæ movebatur, totam Legem respiciebat, non solum Ceremoniale, sed etiam Moralem Gal. V. v. 3. Nec obstat quod Decretum Apostolicum agere videtur tantum de Lege Ceremoniali, quia quæstio mota fuerat quidem ex occasione Legis Ceremonialis, sed Petrus videns ulterius extendi, de tota Lege loquitur, ostendens ejus impossibilitatem, quia erat jugum, quod nec ipi nec Patres eorum portare potuerant.

Ab Exemplis Sanctorum. Quia Sancti passim hanc impotentiam appetere agnoscent & profitentur. Job. cap. IX. v. 3. 20. 28. & XV. v. 15. David Psalm. XXXII. v. 6. & CXXX. v. 3. & CXXXIII. v. 2. Salomon Prover. XX. v. 9. 1. Reg. VIII. v. 46. Elaias cap. LXIV. v. 6. Daniel. IX. v. 6. Paulus Rom. VII. v. 14. Phil. III. v. 13. Johannes I. cap. 1. 8. Jacobus III. v. 2. Nec dari potest ullum exemplum hominis ἀναμερήσης, si Christum excipias. Eant ergo Pharisei nostri & Justitiarii perfectissimæ, Et sanctitatis suæ perfectionem, imò & opera Supererogationis venditent, id est, se justiores & sanctiores Sanctis omnibus impudenter mentiantur.

### Vindiciae Dicitorum Codicis Sacri Contra violentas torturas|P. Michel.

Cum Dr. P. Michel non solum sit Juris, sed & Theologiae Doctor, qui omnem violentiam à dictis Scripturæ Sac. cohibere deberet (talis enim violentia non procul abest à Sacrilegio, quod per se peccatum gravissimum) utique per se patet, valde inique & contra omne jus divinum agere P. Michel, qui sacrilegas manus Codici Sacro infert. Torturam illam

illam probamus ex dicto Salvatoris nostri, qui os veritatis est essentialis; Ille enim in loco in paginis nostris citato Joh. III. infallibiliter ita pronunciavit: *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non introbit in regnum Cœlorum.* Nulla in his verbis est *limitatio & restrictio* sed *absoluta enunciatio*; nec id Nicodemus discipulus Salvatoris aliter nisi *absolute intellectus*. Unde argumentum nobis evadit validum: Quicunque 1. absolute à Salvatore nostro dicitur genitus ex carne. 2. Quod propter infelicem hanc genituram non introire possit in Regnum Cœlorum, ille ipse totali impotentia laborat ad omne opus bonum, ad orationem &c. Atqui homo non regenitus est ita comparatus, ut non dicatur spem habere posse regni Cœlorum, hoc ipso, quia est ex carne natus; Ergo evincitur necessario, quod talis homo nullam habeat potentiam ad ullum opus bonum, nec ad orationem. Majoris Connexio per se patet: nam quod caro est, non potest intrare Regnum Cœlorum; deinde quod non potest intrare in regnum Cœlorum, non habet potentiam ad opus aliquod bonum, h.e. meritorium vitæ æternæ. Nec potest habere potentiam, ad fundendam Orationem ad DEUM; nam Oratio Spiritualis clavis est ad aperiendum Cœlum. Quid ad hanc rationem dicit, sole clariorem & adamante fortiorum Dominus Michel? Nihil; sed mera dat verba injuria contra Magistrum Veritatis divinæ. Dicit enim propositionem Salvatoris nostri non esse intelligendam simpliciter, quippe non dici, PURAM CARNEM, sed cum limitatione, videlicet, in quantum substat auxilio gratiæ divinæ.

Verum si in hac explicatione P. Augustini Michel, non est tortura & violentia, sane nullibi ea invenietur. Nam 1. Nicodemus, ut membrum Ecclesiæ Judaicæ non exiguum non ignoravit, quod homo in Ecclesiâ constitutus gaudeat adjutorio & auxilio gratiæ; Nec tamen ille Salvatori respondit: Heus bone Vir, ego & alii non sumus PURA CARO, sed adjutorio gratiæ gaudemus, quare tuum argumentum nos non stringit. Sed docilis auditor ille Salvatori, de regenerationis necessitate dicenti, plenam fidem adhibet. 2. Propositio Quesnelli expresse hoc supponit, quod homo, qui amiserit gratiam per peccatum aliquod mortale, non habeat potentiam aliquam aut vires ad ullum bonum opus. Quare P. Michel ærem ferit, quia mentem Quesnelli aut non intellexit, aut propter petu-

lan-

23

24

25

26

27

28

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

lantiam intelligere noluit: 3. Gratia ejusque adjutorium qua tale hominem non extrahit ex statu regenerationis, sed, nisi accedat specialissima regeneratione per aquam & spiritum, relinquit eum in statu damnationis. Hinc frustanea responsio P. Michel. 4. Salvatori nostro sermo est de medio ad aquato & interno pervenienti ad vitam æternam & eluctandi ex statu damnationis, quod, ut ante diximus, fit per aquam & Spiritum baptismalem, interne in anima hominis FIDEM accidentem atque ita vitam spiritualem conferentem. Atque hic provocamus ad sensum Ecclesiæ purioris, & relinquimus judicium illis, qui verba Salvatoris nostri in maiore religione habent quam P. Michel.

Secunda Ratio ex Scriptura Sacra desumitur ex loco classico 1. Cor. c. II. v. 14. ubi Paulus, volens impotentiam hominis describere, ita rem Apostolice definit: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI, est enim ipsi stultitia, nec potest id dijudicare.* Ubi rursus exsurgit hoc argumentum: si animalis homo, h. e. in natura sua Consideratus non est *δοξεῖον* seu receptaculum eorum, quæ sunt Spiritus DEI, tum manifesto exinde consequitur, quod ille nullam habeat capacitatem aut potentiam ad ullum opus bonum v. gr. ad preces. Nam si ne *δοξεῖον* quidem est aut receptaculum, ergo ipsi plane denegatur omnis potentia ad bonum aliquod opus. Si porro propositio ipsi objecta est STULTITIA, tum utique non habet vires, nec potentiam ad bonum aliquod opus. Quid hic responsurus sit P. Michel, equidem plane non videmus: Contradicere Paulo, gravissima est impudentia EX SE æternæ damnationis MERITORIA.

Argumentum tertium desumptum est ex Eph. cap. II. 1. ubi Paulus auditoribus suis dicit, quod ante conversionem fuerint mortui in peccatis. Ubi pariter ita argumentamur: quicunque mortuus in peccatis est & amisit gratiam, ille ipse nullam habet potentiam & vires spirituales ad opus aliquod bonum, vers. 9. orationem. Atqui homo non renatus (de hoc enim est quæstio Quesnello) mortuus est in peccatis & amisit gratiam. Ergo talis non habet, &c. Ad hoc argumentum, quod luce sua interna radiat, iterum nihil respondet P. Michel, atque adeo responsum suum adhuc debet. Unde manifesto colligitur, anathema illud non feruisse Quesnellum, sed recidisse in

se in caput illius, qui anathema illud fabricavit. Paris rationis est responso ad Concilium Arausicanum in Canone XXII. ubi dictum Concilium, quando centies rem melius intellexit, quam præsens Papa, egregie sic ex ore ecclesie pronunciavit: HOMO DE SUO NIHIL HABET, NISI MENDACIUM & PECCATUM. Nam interpretatio, quam facit Canonicus & Professor Emeritus, vana proslus est; Eam enim, inquit, sic esse explicandam: NULLUM opus nostrum, quod in futura vita aliquam retributionem accipiet, procedit à sola natura hominis, nisi mendacium & peccatum. In his verbis Michel nolens volens incidit in sententiam Pelagianorum, qui putabant, quod, licet opus tale, ut est oratio, non sit meritorium virtutis æternæ, & sic sit steriliter bonum, tamen esse bonum opus dicendum. Ad quam exceptionem Augustinus L. IV. contra Julianum cap. III. stilo plane divino ita excanduit. Verba ejus sunt sequentia: Dici non potest, quantum te fallat ista opinio, quæ dixisti, omnes virtutes affectus esse, per quos aut FRUCTUOSE, aut STERILITER boni sumus. Fieri autem non potest, ut STERILITER boni sumus, sed bonum non sumus, quicquid STERILITER sumus; Arbor enim bona bonos facit fructus; Absit autem, ut DEUS bonus, à quo securis paratur arboribus non facientibus fructum, excidat & ignem mittat arbores bonas. Quomodo igitur, obsecro, non aut jocaris in his disputationibus, aut deliras, qui sterilium fructus arborum laudas? Qui utique aut nulli sunt, aut si melius sunt, laudandi non sunt, aut si fructus boni sunt, profecto arbores steriles non sunt; immo & bone sunt, quarum fructus boni sunt; & DEO debent placere, cui arbores bona non possunt nisi placere; falsumque erit, quod scriptum est: sine fide impossibile placere DEO. Sed quid responsurus es, nisi vana? Ego, inquis, STERILITER bonos dixi homines, qui non propter DEUM faciendo bona, qua faciunt, non ab eo vitam consequantur æternam. Fustus ergo DEUS & bonus bonos est in mortem missus æternam? Piget jam dicere, quam multa te sequuntur insana talia sentientem, talia dicentem, talia scribentem, in talibus me, quod similiter non desipiam, velut censorie reprendentem. Hæc, quæ hic AUGUSTINUS dixit, DIVINA plane sunt, quibus in æternum nihil poterit respondere MICHEL. Utinam VERITAS recte illuminaret oculos Micheli, procul dubio nobis lubens assureret.

C  
Encomium

23

24

25

26

27

28

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

Encomium Edmundi Campiani Societatis JESU  
de Concilio Tridentino.

*Tridentina Synodus quo magis inveterascat, eo magis indies eoque perennius efflorescat, Bone DEUS! quæ Gentium varietas? Qui delectus Episcoporum totius Orbis? Qui Regum & Rerum publicarum splendor? Quæ medulla Theologorum, quæ sanctitas, quæ lachrymae, quæ jejunia, qui flores Academicæ, quæ linguae, quanta subtilitas, quantus labor, quam infinita lectio, quanta virtutum & studiorum divitiae Augustum illud sacrarium impleverunt?*

Echo ex Sylva & Convalle Fra-Paulo Sarpio de fama  
Concilii Tridentini resonans.

**T**ridentina Synodus, quo magis veteratoræ artes in ea se manifestabunt, eo magis in infamia sua marcescat. Bone DEUS! Quam nil ibi integratæ? Quam omnia præstigias & hypocrisin Curiaæ Romanæ redolent? Quam miser ibi delectus Episcoporum, ubi sola pene Italia suffragia dedit? Quam cæcum Curiaæ Romanæ inter Illos obsequium? Quanta Regum & rerum publicarum deceptio? Quæ macies ibi Theologorum? Quam nulla in ipsis sanctitas? Quæ lacrumæ optimarum animarum, deflentium rapinam & sacrilegium benedicti calicis? Quæ suspiria Christianismi ob causam DEI fraudulentissime tractatam? Quanta lamentatio ob eruptum Evangelium? Quam dissonantes ibi lingue? Quantæ tenebræ in aperta luce Scripturæ Sacrae? Quantus labor in incrustandis meritis? Quantæ ibi spissæ Scholasticæ? Quam nihil augusti in Conciliabulo, ubi nil nisi superstitionis & ambitio Papalis regnavit, Spiritu Sancto in mantica inclusa?


SOLI DEO GLORIA.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862444691/phys\\_0025](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862444691/phys_0025)

DFG







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn862444691/phys\\_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862444691/phys_0027)

DFG





eilet, mit dem Könige und Propheten  
de: Mache seelig dein Volk, und segne  
und sofort den Kelch wieder auff den Al-  
ganze Hausse aber antwortet mit zur Er-  
slagenen Häuptern: Wir haben das wah-  
n, wir haben den himlischen Geist empfan-  
n den wahrhaftigen Glauben gefunden, dar-  
die unzertrenliche Dreyfaltigkeit an, wel-  
nachen wird: Unterdessen nimt der Prie-  
ß-Faß, heraußert den Kelch auff den Alt-  
ht zugleich zum Gedächtniß der Himmel-  
i, die Worte Davids: GOTTE Du bist  
alle Himmel, und alle Lande sind deines  
und so bald nimt er den Kelch samt den hei-  
im Altar, damit er sie nach dem kleinen Alt-  
saget: Allenthalben, jetzt und immerdar,  
zu Ewigkeit; Wodurch er fürstellen will,  
s, nachdem er in der Welt erschienen und  
iß-volle Werck der Menschwerdung erfül-  
derum gen Himmel gefahren, und ein-  
gsten Tage, zum erschröcklichen Gericht wie-  
wird, wie die Engeln zu denen Aposteln ACT. I. II  
welchen alle Menschen werden erscheinen müß-  
n jeglicher seinen Lohn empfahre nach seinen Rom. 2.  
Wann er nun die heiligen Gefäßer auf dem  
gesetzt, begiebet er sich wieder zurück zu  
Tisch, und sagt dem Allergütigsten GOTTE,  
later unserer Seelen Dank, daß er sie an

Pl. 58.

v. 11.

v. 6.

J 2

die-